

[1729?]¹

MEMORIALE [DE ANTIQUA ZURLAUBENORUM FIDE AC OBSERVANTIA ERGA SE-
DEM APOSTOLICAM JLLUSTRISSIMO DOMINO NUNTIO [DOMENICO]
PASSIONEI AB REVERENDISSIMO RHENOVENSI [ABBATE GEROLD II.
ZURLAUBEN] IN CAUSA ORDINIS EQUESTRIS [- AUFNAHME IN
DIE RITTERSCHAFT VOM GOLDENEN SPORN -] PRO NEPOTE ILLIUS
[BEAT JAKOB ANTON ZURLAUBEN] IMPETRANDO COMMUNICATI"

s. AH 72/141 A

1) 1729 wurde Beat Jakob Anton Zurlauben in die Ritterschaft vom Goldenen Sporn aufgenommen.

Von Augustin Zurlauben, Konventual in Rheinau
AH 72, 282-284, 287 - Blatt 287^r leer

[1729?]

A

MEMORIALE [DE ANTIQUA ZURLAUBENORUM FIDE AC OBSERVANTIA ERGA SE-
DEM APOSTOLICAM JLLUSTRISSIMO DOMINO NUNTIO [DOMENICO]
PASSIONEI AB REVERENDISSIMO RHENOVIANSI [ABBATE GEROLD II.
ZURLAUBEN] IN CAUSA ORDINIS EQUESTRIS [- AUFNAHME IN
DIE RITTERSCHAFT VOM GOLDENEN SPORN -] PRO NEPOTE ILLIUS
[BEAT JAKOB ANTON ZURLAUBEN] IMPETRANDO COMMUNICATI"

"Orthodoxam fidem, quam à sanguine perantiquo acceperunt Barones de Thurn, incorruptam, ac tot inter temporum dogmatumque vicissitudines invariata, factisque non raro egregijs illustrem, à pluribus retro saeculis, in seros usque posteros propagârunt; nam ut primas et antiquissimas Familiae in Valesia cunas, ejusdemque ibidem pro Arâ et foro gesta praeteream, à Tempore [1478], ex quo Tugio immigrârunt [und zwar Anton I. Zurlauben], ultra ducentos jam annos usque in praesens, tam intra quàm extra patrios Lares, supremis potissimum fascibus conspicui, à progenie in progeniem pro Arâ fidei semper steterê infracti prout sequens ac succinctus Majorum quorundam syllabus commonstrabit.

I.

Protoparens.

Antonius I. LB de Thurn et Gestellenburg, dictus Zurlauben, Joannis II [richtig: I.] filius litteris authenticis, quae Eum ab illustri prosapia ac fide integerrima commendabant, abs Walthero II. [Supersaxo]

60

Episcopo Sedunensi, de A.^o 1476², honoratus, primus tugii civitate donatur: Cuius filius natumajor O s w a l d u s [I.]³ tum sub [Papst] J u l i o II. conductiis Helvetiorum copijs Centurio praefectus, tum sub [Papst] L e o n e X. Maximilianum Sfortiam [=Massimiliano S f o r z a, dem Herzog von Mailand], cuius partes Pontifex tenebat, cum Helvetico exercitu secutus, proelijs Novariensi [=Schlacht von Novara 1513, wo man gegen Frankreich kämpfte], Papiensi [Schlacht von Pavia 1525, die auch gegen Frankreich gerichtet war], Bellizonensi [- damit ist die Befreiung Bellinzonas von der Blockade Frankreichs 1503 gemeint -] fortiter superatis, egregij pro Sede Apostolica militis nomen sibi comparavit. Redux bello Capellensi [1531] in Patria orto Supremus Vigiliarum Praefectus [=Oberstfeldwachtmeister der Zugertruppen] (quod munus tunc temporis in re militari apud Tuginos supremum erat) unanimiter electus, nihil non indefessi pro Deo et Patria ducis egit. Quare bello finito pro meritis statim [1538] Senatoria [=Stadt- und Amtsrat], et paucis post annis [1543] Pro-Landammani [=Statthalter] dignitate honoratus, confecto insuper é pergamenâ instrumento, in quo praeclara illius gesta, prudens praecipue in aggreudiendo hoste consilium, nervose dilaudantur. Varijs deinde pro Patria et Religione Legationibus, tandemque vita Ipsâ [1549] defunctus illustrem togâ et Sago gloriam tumulo intulit."

Es werden dann die Taten A n t o n s II. Zurlauben, Sohn Oswalds I., gewürdigt. Dieser habe sich vor allem in den Hugenottenkriegen - so 1569 bei Moncontour - für die Belange des franz. Königs K a r l IX. und somit für das kath. Bekenntnis eingesetzt. Ganz allgemein sei hier aber für das weitere auf den etwas ausführlicheren Text in AH 48/73 (Nr. 3) verwiesen. Am Schluss wird hier in AH 72/141A noch zusätzlich ein Zitat von [Gabriel] B u c e l i n angeführt, Anton II. sei ein "Vir Bello Religionis optimè meritus" gewesen.

"II.

Tritavus.

C o n r a d u s I^{us4} Antonij protoparentis filius unacum Oswaldo fratre in Italiam adversus Sedis Apostolicae hostes [insbesondere Frankreich] sub Julio II et Leone X movit, patriam remeans, orto fidei dissidio [=Reformation in den eidg. Orten]; in fide integerrimus, generosum ad Capellam [d.h. an der Schlacht von Kappel 1531] Capitaneum egit. E liberis eius duo potissimum filij pro re Catholicâ inclaruere[:] B e a t u s [I.], in quem Stemmatibus propagatio desedit, et M i c h a e l, qui ad Rupellam [=La Rochelle], quam rebel-

libus per id tempus Hugonottis insessam Rex Carolus A.^o 1573 arctâ obsidione cinuerat, generosam pro Rege et Religione mortem appetiit, paucis abhinc annis redivivus in filio, qui sub nomine G e r o l d i I. Abbas Monasterio Rheno-
vensi [=Rheinau bis 1607] praefectus non solum Strenuus Monasterij Reformator luxatum per injurias temporum Disciplinae nervum in arctioris vitae normam contraxit, sed etiam invictus Romanae Ecclesiae Propugnator fidem Apostolicam, ne ab oppido Rhenviensi exularet, adversus venenosas sectas ore, calamo, Opere fortiter ac constanter propugnavit.

III.

Atavus.

Beatus I^{us} Conradi I^{mi} filius. Ut taceam pugnas, quas adhucdum in Italia, bello praesertim Neapolitano et Ferrarriensi in favorem Ecclesiae [dies muss vor 1562 der Fall gewesen sein, denn ab diesem Jahr war Beat I. nachweisbar Hptm. in franz. Diensten] exantlavit, toto illo calamitoso tempore, quo diuturnae divulsionis furor impius in Ecclesiae Gallicanae [=Hugenottenkriege] viscera grassabatur, Beatus quatuor signorum Dux [- Beat I. war u.a. 1567 Hptm. im Regiment Pfyffer, 1569 im Regiment Cléry, 1570 im Regiment Schorno und 1573 im Regiment Lanthen-Heid] electus, tum Blavillensi [d.h. in der Schlacht von Blanville von 1562], tum Monconturensi [d.h. in der Schlacht von Moncontour 1569], tum varijs per Aquitaniam praelijs et velitationibus, tanto cum Religionis ac fidei Zelo decertavit, ut Rex Carolus IX. Monconturio reduce, Regio lilio gentilitijs signis implantando [- Wappenverbesserung von 1569 -], regio insuper de naratâ fideliter operâ diplomate honorârit. Successori in regno Caroli H e n r i c o III.^o adversus rebelles (licet hi, si in eorum partes cedat, integrum Eidem obtulerint legionem) fideliter et constanter tamdiu adhaesit, donec [1587] in Patria Landammannus unanimiter renunciatus, tum legationibus, tum alijs occurrentibus negotijs, in susceptis per plures annos pro fide et Patria laboribus Tugij vitam posuit, in duobus praecipue filijs re et nomine Beatus, B e a t o J a c o b o, et C o n r a d o [III.], quorum prior strenuum tertiò adversus Hugonottos Capitaneum in Gallia [- Beat Jakob ist bereits 1602 als Hauptmann in Frankreich bezeugt -], alter [d.h. Konrad III.], quo de statim, familiae propagatorem Tugij egit.

IV.

Abavus.

Conradus II. [richtig: III.]⁵ [gest. 1629] Beati I.ⁱ Filius. In Gallia regiae [1619] primum Custodiae dux [=Gardehptm.], ab ipsomet Rege L u d o v i c o XIII [1626] Eques Ad S. Michaelis inauguratur, regio desuper decoratus diplomate,

in quo eximia illius in Regem et Religionem merita graphicè describuntur. Ad Clavum Patriae Landammannus sedens nunquam non pro Deo et Patria sudavit et falsit: neve solùm manu et ore, sed Calamo etiam Sedi ac fidei Apostolicae militaret, insignem de Concordia fidei⁶ tractatum Typis vulgavit. Ob decantatam Illius Sapientiam Zelumque, nomine totius Helvetiae Catholicae, sub H e n r i c o IV. et Ludovico XIII Galliarum Regibus, ad innovandum cum utroque foedus [- die Bundesbeschwörung von 1602 in Paris gemeint -] in favorem rei orthodoxae ... Legatus destinatur [- an welcher Gesandtschaft Konrad III. Zurlauben unter König Ludwig XIII. teilgenommen haben soll, bleibt unklar: wohl weilte er 1623 als Gesandter der kath. Orte in Frankreich; doch ging es damals weder um Bündnisfragen noch um religiöse Angelegenheiten -]. Missus deinde [im Namen der V kath. Orte?] in Raetiam [1625?] et [als Gesandter der VII kath. Orte] Valesiam [1627] ad componendas Religionis lites, praeclarum sanè facinus edidit, quando deficiente Verbi Dei praecone Catholico, Ipsemet Zelo Religionis incensus, é Cathedra vacillantes in fide animos in fidei Unitate confirmavit. Legationes supra ducentas maximâ cum laude peregit, quas inter non paucae Negotiae Ecclesiae Summorumque Pontificum concernebat. Unde Bucelinus Eum Virum incomparabilem appellat. Cuius filius 2.^{do} genitus F r a n c i s c u s⁷ Guardiae Regiae, ad Oleronam Insulam, quam cum Rueliensibus Hugonottis [=Hugonotten von La Rochelle] rebellem Rex Ludovicus XIII A.^o 1625 ad deditionem cogere parabat, tantâ cum animi fortitudine decertavit, ut Rex occupatâ Insulâ Eidem pro remunerandis meritis totius Insulae Gubernium damandârit: Sed Melitensium Equitum Ordini postmodum adscriptus dum Melitam navigare parat, altero gubernij sui anno [1627], subitaneo correptus morbo extinguitur, Juvenis vigesimum 8.^{vum} aetatis necdum egressus."

In AH 72/141 steht noch zusätzlich:

"Successit in Custodia Regiâ Dux Frater ejusdem Francisci natu minor H e n r i c u s I.⁸ [ab 1632 Kommandant, ab 1636 Inhaber der Gardekompagnie], raro postea inter Helvetos Regius Camerarius [Gentilhomme ordinaire de la Chambre de Sa Majesté 1633], qui in Obsidione Hedenensi sive Hedingensi [=Belagerung von Hesdin 1639], fossam aqueam cum 100 virorum delectu superare jussus, ponte, quem transibant, pyrobolis ab hoste [den Spaniern] iniectio dissiliente, tum divam Annam [gemeint die Heilige A n n a] in tanto discrimine pro se suisque supplex invocat, ne uno quidem laeso, per medios ignitorum globorum ... invictus perrupit, abs Rege [Ludwig XIII.] in praemium bellicae Virtutis altero, supra antiquam Familiae abs Carolo IX [1569 Beato I.] concessum, lilio regio donatur."

"V.

Proavus.

Beatus II.^{us}⁹ Conradi ... [III.] filius. Guardiae Regiae Capitaneus [1631], et in Patria non semel Landammanus Zeli ac prudentiae suae famâ totum orbem Helveticum ita implevit, ut communi omnium voce Pater Patriae, et teste Buce-
lino Rei Catholicae ac Patriae Columna diceretur. Pauca é plurimis delibo.
A.^o 1634 Tempore, quo vicinia bello suevico [=Dreissigjähriger Krieg, in wel-
chem Schweden u.a. gegen Oesterreich kämpfte] flagrabet, Beatus unacum Jodoco
B i r c h e r o Lucernensium Praetore, et Henrico R e d i n g o Suitensium
[alt] Landammano nomine [V] Catholicorum in Helvetia statuum, ad Galliarum
Regem Ludovicum XIII Legatus destinatur, ut potentissimo Rege in foederis So-
cietatem noviter adducto, insolenti haereticorum Cantonum [=neugl. Orte] auda-
ciae, infidisque eorum machinationibus repagulum obstrueretur. Re feliciter
peractâ A.^o 1637 ad innovandum cum Valesiis foedus [=Bundesbeschwörung in Sit-
ten]¹⁰ subsequis verò annis bis in Rhaetiam [- damit müssen die Gesandtschaf-
ten der IX kath. Orte auf den Beitag nach Chur vom 13. Dezember 1644¹¹ und
die Vermittlungskonferenz der VI Orte: ZH, BE, LU, UR, ZG und GL, auf dem Beitag
zu Chur vom 18.-27. Mai 1647¹², wo Beat II. Zurlauben beidemale mitdabei war,
gemeint sein -] ad disidia, quae Religionis ergo ijs in locis [Bündnerwirren]
gliscebant, gnaviter restinguenda ablegatur, ubi gravi Orationis pondere ip-
sos etiam Ecclesiasticae pacis hostes in sui admirationem, eorumque non paucos
in Ecclesiae Unitatem reduxit. Inde a.^o 1653 subortâ Lucernensium Rusticorum
rebellione [=Bauernkrieg] Dexterrimum se nomine neutralium Cantonum [- damit
sind wohl insbesondere die IV kath. Orte - V ausg. LU - gemeint -], Hochdorfii
et Rotenburgensi Caduceatorem, in motibus autem illis intestinis, quos A.^o
1656 Haeretica perfidia Glaronae suscitarat [- liegt hier wohl nicht eine Ver-
wechslung vor und sollte es nicht Schwyz heissen, wo 1655 der Artherhandel,
dem 1656 der Villmergerkrieg folgte, ausbrach? -], Fortissimum pacis fideique
Vindicem, tandemque eodem anno verum se fidei Patronum exhibuit, quando pacem
finito bello cum Tigurinis et Bernatibus Badenae initam [=Landfriede von 1656],
incertisque ac Catholicae rei odiosis conditionibus implenam, rogatus et con-
stitutus pro commodo Religionis Orator, pro suâ apud omnes etiam A catholicos
Auctoritate, in meliorem tutioremque formam summa cum laude omniumque cum app-
lausu redegit.

Legationes, quas calamitosis illis Patriae temporibus obiit, ducentesimum fe-
ré numerum excedunt.

Eius filius 2.^{do} genitus ... H e n r i c u s [II. Zurlauben¹³ 1649] Regiae

Custodiae Capitaneus, et Supremus Vigiliarum Praefectus [=Oberstfeldwachtmeister] varijs cum Tigurino milite A.^o 1656 [im Villmergerkrieg] velitationibus damnisque illatis ceber in praemium exhibitae erga Patriam et Religionem fidelitatis, A.^o 1659 Praefecturam Comitatus Badensis reportavit, non proprijs solum meritis, sed in posteris quoque celebrandus, quando B e a t u s J a k o b u s I. [Zurlauben] (ut taceam alios tum Ecclesiasticâ tum militari dignitate conspicuos): Eiusdem natumajor filius [Graf B e a t J a k o b Zurlauben] sub L u d o v i c o XIV. Comes, Mareschallus [de Camp], Generalis [=Lieutenant général], [1690] in Hibernia [=Irland], pro J a c o b o [II.] anglorum Rege legitimo, et ob fidem id temporis profugo, adversus [W i l l i a m III.] Ducem Oranium, cum suâ legione militat, Jacobum Regem ... facto in hostes ... impetu, ex ipsissimo Vitae, fidei, regnique periculo liberavit.¹⁴"

Der folgende Abschnitt findet sich nur in AH 72/141:

"Natumimus Beat nostri filius C o n r a d u s IV. è Regia Custodiae Capitaneus [- richtig ab 1658 bis 1668, als die Kompagnie entlassen wurde, Leutnant der Gardekompagnie Zurlauben -] Legionis Teutonicae in Galliâ [- 1672 als Hauptmann im Regiment Fürstenberg -] adversus Batavos [=Holland] expeditione egregia tum orthodoxa tum bellicae Victoris Specimina edidit, abs Rege [Ludwig XIV.] postmodum [1673] Generalis ... inspector [der Infanterie in Westfalen], Ord. S. Michaelis Eques et regiarum copiarum ... [Brigadier] creatus."

"VI.

Avus.

Beatus Jacobus I^{us}¹⁵ Beati II Filius. Ut omittamus plura, quae vir hic in grande Religionis Patriaeque emolumentum gessit, una [1656] Vilmer[g]iensis Victoria [- Beat Jakob I. Zurlauben war damals Landschreiber der Freien Aemter -] hodie dum abundè loquitur, quam eximius pro Deo et Patria Zelus in illius pectore arserit, qui invictâ suâ fortitudine ac Dexteritate post Deum et M a r i a m (Jta Litterae Lucernensis Magistratus [Schultheiss und Rat]) haud minimum praecellentis victoriae Instrumentum esse meruit. Constitutus namques Lib. Ditionum Gubernator et Supremus Vigiliarum Praefectus Vilmer[g]iae primus cum [Christoph] P f i f f e r o Lucernensium Equitum Magistro, milite prius per efficacem Orationem ad pugnam accenso, tanto hostem [d.h. die Berner] impetu aggreditur, ut pugnâ paucas in horas productâ Deo adjuvante, Maria, cuius opem singulari cum fiducia implorâret, protegente, hostis suisque deque turbatus, ac in partes diductus, arreptâ fugâ, Catholicis insignem Victoriae palmam porrexerit, captis omnibus tormentis, curribus, vexillis, quae

inter Beatus Jakobus [I. Zurlauben] cum tribus tormentis ... insigni animi robore occupavit.¹⁶ Ob quam Victoriam praeter jura civitatis summas tum ore tum calamo grates et applausum abs Magistratum Lucernensi¹⁷, abs summo Christi in terris Vicario [Papst A l e x a n d e r VII.] per Fridericum B o r r o m e u m ad Helvetios Nuncium Equestrem Equitum Auratorum dignitatem [=Ritter vom Goldenen Sporn 1656]¹⁸, abs Catholicis Cantonibus [1657] Primus sub Nomine Generalis Capitanei supremum in Provincias Liberas [=Landeshauptmann der Freien Aemter] urbesque circumfusas [gemeint Bremgarten und Mellingen] gubernium, obs toto Catholico orbe Laudem et gloriam immarcessibilem sibi conciliavit. Ad Clarum Landammanus Patriae [von Zug] sedens nunquam non pro bono Religionis immotus stetit.

Cui non solùm in munero, sed etiam in fide ac observantiâ erga Sedem Apostolicam successit B e a t u s C a s p a r u s [Zurlauben]¹⁹ é primo thoro natumajor filius, qui [1670 anlässlich seiner Reise in Begleitung des a.o. sav. Ambassadors beim Heiligen Stuhl, Conte Giovanni Battista di B i g l i o r e d i L u s e r n a] Romae adhuc juvenis coram Summo Pontifice [C l e m e n s X.] Orator, et Eques auratus [=Ritter vom Goldenen Sporn], in Sabaudia [1672] Capitaneus et [1673] provinciae Villanovanae Gubernator [=Kommandant von Villanova d'Asti] regique Ordinis SS Mauritiij et Lazari Eques, in Gallia [1675] Guardiae [der Hundertschweizer] Locumtenens et Ord. S. Michaelis eques, in Patriam [d.h. Zug] tandem Landammanus ac Lib. Dit. Generalis Capitaneus [=Landeshauptmann der Freien Aemter], plurimis Legationibus pro commodo Religionis perfunctus, in gravissimis non rarò negotijs dexterrimum se exhibuit.

Traceo hic aliud è primo thoro par nobile Fratrum P l a c i d u m [Zurlauben] Abbatem et [1701] primum Principem [=Reichsfürst] Murensem, et Geroldum II. [Zurlauben] re ac nomine Secundum Abbatem Rhenoviensem, quorum laboriosa in Religionem, ac Ordinem Benedictinum merita nulla unquam posteritatis memoria oblitterabit.

Primus è secundo thoro in meritorum venit J o a n n e s F r a n c i s c u s [Zurlauben] secundò genitus, quem supremum in Morea Vigiliarum Praefectum [=Oberstwachmeister] in expeditione [Venedigs] adversus Turcas [1688] mors praematura abstulit. Alter ex eodem thoro, et inter Majores

VII.^{us}

²¹Parens.

B e a t u s J a c o b u s II.^{us} Beati Jacobi I.^{mi} filius. Hic calamum pono, et merita, quae Vir iste publico bono natus tum in patriam, tum in fidem Catholicam, manu et consilio congregavit, publicae omnium, Illustrissimi prae-

primis Nuntij ... [Domenico] Passionei [- 1714 Gesandter des Hl. Stuhls auf den Friedenskongress in Baden/CH -] notitiae, recentique memoriae relinquo, id unum insinuans, Eum in obedientiâ erga Sedem Apostolicam, Fidelitate erga Patriam, Amore erga Mariam, morte in homine militari prorsus stupendâ, ac verè Religiosâ, publico omnium luctu lacrimisque extremum duxisse halitum A.^o 1717 aetate 57.

Haec sunt, quae é probatis excerpta Authoribus, actisque Familiae Authenticis, in Familiae de Republicâ Christianâ optimè merita commendationem producere placuit, et quamvis plura ac antiquiora Avitae Religionis Decora brevitatis studio omiserimus, Unum tamen è canâ antiquitate, ne haec omni ex parte sterilis videatur inpraesentiarum eruere, debita Antiquitati Veneratio movit, Haymonem [=Aymon IV.] scil. Petri [IV.] LB de Thurn [u n d G e s t e l e n b u r g] in Valesiâ filium, et Ecclesiae Sedunensis Episcopum, qui altero ab electione anno 1326 [richtig 1331] Carthusiam [in Géronde], Rhodanum inter et Sideram [=Siders], in pretiosum divini honoris propugnaculum Funditus suscitavit, suoque exemplo docuit, Cujusnam Matris Ecclesiae Filios Zurlaubeni ab antiquissimo familiae tempore sese profiteantur.²²„

- 1) Zur Datierung: 1729 wurde Beat Jakob Anton Zurlauben in die Ritterschaft vom Goldenen Sporn aufgenommen.
- 2) s. Meier/Zurlaubiana 113
- 3) s. AH 48/73 (Nr. 1)
- 4) s. ebenda (Nr. 4)
- 5) s. ebenda (Nr. 4)
- 6) s. Meier/Zurlaubiana 888 (Nr. 2)
- 7) s. AH 48/73 (Nr. 6)
- 8) s. ebenda (Nr. 7)
- 9) s. ebenda (Nr. 5)
- 10) s. EA V 2, 1053 (Nr. 833). Einer der Zuger Tagsatzungsgesandten war Beat II. Zurlauben.
- 11) s. ebenda 1334 (Nr. 1050)
- 12) s. ebenda 1430 (Nr. 1127)
- 13) s. AH 48/73 (Nr. 9)
- 14) Der Text weicht am Schluss sprachlich etwas von AH 72/141 ab.
- 15) s. AH 48/73 (Nr. 8)
- 16) Ueber die von Zurlauben erbeuteten Fahnen s. AH 49/172 Anm. 4 sowie die dazugehörigen Abb. am Schluss von AH 49.
- 17) s. AH 10/62
- 18) s. AH 1/42
- 19) s. AH 48/73 (Nr. 12)
- 20) Ueber seine Romreise s. vor allem im Register 8 bei Beat Kaspar Zurlauben die Signaturen unter Reiseberichte.
- 21) s. AH 48/73 (Nr. 15)
- 22) s. AH 52/7 (Nr. 7)

Von Augustin Zurlauben, Konventual der Abtei Rheinau
AH 72, 285-286